FLORA.

68. Jahrgang.

No. 34. Regensburg, 1. Dezember. 1885.

Inhalt. W. Nylander: Lichenes novi e Freto Behringii. — W. Nylander: Parmeliae exoticae novae. — Literatur.

Lichenes novi e Freto Behringii.

Continuatio altera. — Exponit **W. Nylander.**

III. Lichenes novi e Port Clarence.

Diebus 23—24 julii mensis 1879 illustr. Nordenskioeld cum Vega nave in latere americano Freti Behringii portum Port Clarence visitavit. Cl. Dr. E. Almqvist, expeditionis lichenologus, diebus illis binis optimam ibi collectionem accumulavit, typos exhibentem pro maxima parte eosdem, quos profert Europa arctica.

Hic novitias dabimus e Port Clarence, cujus loci saxum praesertim efficitur a calce schistosa, sed adest simul schistum micaceum.

A. Saxicolae.

1. Leptogium parculum Nyl. (Homodium). Thallus fusco-nigrescens rugulosus tenuis diffractus; apothecia urceolato-innata (latit. circiter 0,2—0,3 millim.), margine thallino integro, demum explanata (latit. 0,5 millim.); sporae 8nae oblongo-fusiformes 3-septatae, longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,007—8 millim. Iodo gelatina hymenialis coerulescens (thecae praesertim apice sic tinctae), sporae fulvescentes vel fulvo-rubescentes. — Calcicola. — Accedit *L. humosum* Nyl., cui similiter thallus intus I fulvo-rubescenti-reagens, sporis aliis etc.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0603-3

2. *Lecanorá ochromicra* Nyl. Thallus ochraceus, tenuis vel tenuissimus, laevigatus, areolato-rimulosus aut continuus, opacus; apothecia pallida minutella (latit. 0,1—0,2 millim.), incavata; sporae 8nae subglobulosae, longit. 0,009—0,010 millim., crassit. 0,007—9 millim. Iodo gelatina hymenialis fulvo-rubescens, praecedente coerulescentia levi. — Calcicola. — Est Ionaspis Fr. fil., gonidiis chroolepoideis majusculis. Apothecia figurae sicut in *L. Prevostii*. Spermatia recta, longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,0005 millim.

3. *Lecanora quadruplans* Nyl. Thallus macula dilute ochraceo-lutescente opaca indicatus aut tenuis areolato-rimulosus; apothecia pallida plana (latit. circiter 0,5 millim.), margine thalloideo cincta; sporae 4nae crassit. 0,015—16 millim., paraphyses non distinctae. Iodo gelatina hymenialis vinose rubescens (praecedente coerulescentia levi). — Calcicola. — Fere vix specie distincta a *L. simili* Mass. (*L. carneo-pallescente* Nyl. in Flora 1873, p. 292, 1874, p. 318), sporis forsan constanter quaternis maxime differens. In stirpe *L. cinereae*.

4. *Gyalecta convarians* Nyl. Thallus indistinctus (macula pallido-ochracea indicatus); apothecia pallido-lurida, supra nigricantia, integre marginata (latit. circiter 0,3—0,4 millim.); sporae 2—4nae oblongae vel ellipsoideae, murali-divisae, longit. 0,024—62 millim., crassit. 0,011—0,016 millim., epithecium et perithecium (hoc saltem latere interno) fuscescentia, paraphyses graciles, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis lutescens, sporae tum fulvescentes. — Super saxa calcareo-schistosa. — Species peculiaris, notis datis facile distincta. Gonidia mediocria vix chroolepoidea.

5. *Verrucaria discedens* Nyl. Thallus lurido-fuscus vel nigrescens, tubercula monohymenea sistens (latit. circiter 0,4 millim.); apothecia pyrenio demum integre denigrato, a thallo induta; sporae 8nae incolores murali-divisae, longit. 0,032—56 millim., crassit. 0,012—23 millim., gonidimia hymenialia minuta, breviter oblonga (longit. 0,004 millim., crassit. 0,002 millim.) vel subglobulosa (diam. circiter 0,003 millim.) — Calcicola frequens. — Species prope *V. clopimam* disponenda, sporis 8nis incoloribus peculiaris. Inter tubercula thallina vestigia furfurosa obscure cinereo-nigrescentia vel fuscescentia saepe adsunt. Apothecia thallino-obducta, pyrenio juniore pallido, plus minusve parte supera obscurata. Variat cinereo-suffusa.

6. *Verrucaria obtenta* Nyl. Thallus albidus tenuis subconti-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0604-9

nuus; apothecia in prominentiis thallinis convexis (latit. 0,6—0,8 millim.) obducentibus contenta, pyrenio integre nigro; sporae 8nae incolores oblongae vel oblongo-ellipsoideae, murali-divisae, longit. 0,048—65 millim., crassit. 0,022—34 millim. Iodo gelatina hymenialis et sporae fulvo-rubescentes. — Calcicola. — Accedit ad *V. fartilem* Nyl. in Flora 1881, p. 7, aqua differt pyrenio integre nigro, sporis nonnihil minoribus et minus crassis. Apothecia thallino-obducta, ostiolo denudato nigro.

7. Verrucaria exalbida Nyl. Thallus albus farinaceus, sat tenuis, subdispersus; apothecia pyrenio integre nigro, prominula; sporae 8nae incolores ellipsoideae murali-divisae, longit. 0,027—35 millim., crassit. 0,016—18 millim. — Calcicola. — Accedens ad *V. albidam* (Arn.), sed apotheciis prominulis jam bene distincta.

B. Terrestres et muscicolae.

8. Lecanora inaequatula Nyl. Thallus albidus tenuis subgranulosus aut subleprosus, subdispersus; apothecia testaceo-pallida zeorina plana (latit. 1—2 millim.), margine thallino inaequali subgranuloso aut evanescente; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,026—45 millim., crassit. 0,014—23 millim., paraphyses non discretae. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvo-rubescens. — Supra muscos, cum *Lecidea pezizoidea*. — Affinis *L. tartareae*, thallo etiam CaCl erythrinose reagente; mox dignota sporis minoribus. Thalamium clausarioideum. Spermogonia pallida; spermatia recta, longit. fere 0,0035 millim., crassit. 0,0005 millim.

9. Lecanora gyalectina Nyl. Thallus albus, granulato-crustaceus vel subleprosus, sat tenuis; apothecia testaceo-pallida concava (latit. 1 millim. vel minora), extus (perithecio) thalloideo-obducta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,032—44 millim., crassit. 0,021—23 millim., paraphyses graciles. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens. — Muscicola. — E stirpe *L. tartareae*, bene notis datis distincta, proxima *L. inaequatulae*. Thallus nec K, nec CaCl reagens. Spermogonia non visa.

10. Pertusaria subdactylina Nyl. Thallus albus vel albidus, tenuis, illiniens, tubercula formans, saepe subdactylina (crassit. apice turgescente circiter 0,5 millim.), K violascentia. Apothecia non visa. — Muscicola. — Accedere videtur ad *P. dactylinam*; at bene ab illa distinguitur reactione indicata.[1])

[1]) Observetur hic *Pertusariam panyrgam* papillas habere demum subdactylinas, etiam aliquoties stratose dactylinas (stratis transversis 2—5). *P. dac-*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0605-4

11. Lecideâ internectens Nyl. Thallus albidus tenuis inaequalis illiniens; apothecia testaceo-pallida convexa (latit. 0,5—0,7 millim.), saepius aggregata, intus incoloria; sporae 8nae oblongae simplices, longit. 0,012—21 millim., crassit. circiter 0,0035 millim, paraphyses non bene discretae, epithecium et hypothecium incoloria. Iodo gelatina hymenialis fulvo-rubens. — Supra ramulos dejectos. — Facie *L. sphaeroidis* vel *vernalis*, sed affinis *L. sylvanae*, a qua mox distinguitur apotheciis majoribus, pallidis.

12. Lecidea insperabilis Nyl. Thallus albidus tenuissimus continuus; apothecia nigra (vel fusconigra) convexa (latit. 0,5 millim.), intus concoloria; sporae 8nae incolores globulosae (diam. 0,008—9 millim.), epithecium et hypothecium rufofusca, paraphyses non confertae, gracilescentes. Iodo gelatina hymenialis vinose rubens. — Parcissime visa. — Species videtur e stirpe *L. sanguineo-atrae*, mox distincta sporis globulosis. Syngonidia glomerulosa.

13. Lecidea denotata Nyl. Thallus vix ullus; apothecia nigra plana marginata (latit. 0,2—0,4 millim.), intus alba; sporae 8nae globulosae, diam. 0,0045 millim., paraphyses mediocres apice fuscescente (epithecium fuscescenti-inspersum), hypothecium incolor, perithecium dilute fuscescens. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens. — Supra gramina destructa simul cum *Lecanora subintricata*. Species bene distincta sporis globulosis. Spermogonia non visa. Forsan optime prope *L. fuscescentem* locum habet.

14. Verrucaria pernigrata Nyl. Thallus niger opacus tenuissimus continuus; apothecia nigra convexa (latit. 0,3—0,4 millim.), pyrenio integre nigro; sporae 8nae olivaceo-nigrescentes oblongae murali-divisae, longit. 0,036—50 millim., crassit. 0,015—18 millim. Iodo gelatina hymenialis fulvescens, sporae fulvo-rubescentes. — Supra vegetabilia destructa. — Species notis datis facile dignota, prope *V. nigratam* Nyl. Pyrenoc. p. 33 disponenda.

---

tylina (Ach.) semper differt jam papillis apice K mox lutescentibus quod characterem eximium sistit hujus speciei. In *P. panyrga* spermatia recta (utroque apice acuto vel subbifusiformia) longit. 0,006—9 millim. Ambae *Pertusariae* ad Port Clarence frequentes.

Parisiis, die 1 Octobris, 1885.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0606-0

Parmeliae exoticae novae.

Exponit **William Nylander** M. Dr.

Post editam meam Synopsin in Parmeliis, sicut in plurimis aliis generibus, multa nova accesserunt. Genus insigne Parmelia ita mihi in collectionibus exoticis variis postea examinatis seriem obtulit notabilem specierum praetervisarum. Aliae paucae ab aliis descriptae, ex. gr. a Krempelhuber, scientiae hodiernae convenientibus descriptionibus non gaudent, nam notis spermogoniorum carent, quae rite explicatae maximi sunt momenti in typis dignoscendis et quas adhibere auctor nescivit vel neglexit, atque revera male descripta sunt quasi non descripta fuissent. Prolixitas ibi non juvat, sed longe praestat characteres primarios solos acute breviterque exponere.

In sequentibus definitiones inveniuntur Parmeliarum addendarum, quae mihi inter Lichenes exoticos progressu temporis innotuerunt.

I. Stirps *Parmeliae caperatae.*

1. P. soredica Nyl. Similis *P. caperatae* minori, sed thallo sorediifero, medulla CaCl erythrinice reagente, sporis minoribus (longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,006—8 millim.). Spermatia aciculari-subbifusiformia, longit. 0,006—9 millim., crassit. 0,005—6 millim. — In America boreali-occidentali, Saskatschawan, corticola (Bourgeau).

2. P. Himalayensis Nyl. Differt a *P. caperata* thallo minore ruguloso (passim subscrobiculoso-inaequali vel superficie hinc inde subretiruga). Medulla CaCl erythrinice tincta. — In Himalaya boreali-occidentali, Chini, corticola (Dr. Skoliczka). — Apotheciis ignotis non bene definienda. Thallus subtus nigricans rugosus absque fibrillis rhizineis.

3. P. splendidula (Del., *P. caperata* var. *splendidula* Del. hb.). Subsimilis *P. caperatae*, sed minor, thallo rugoso (vel subplicato-rugoso), glabriore (sorediis nullis) et apotheciis receptaculo glabro, sporis minoribus (longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,007—9 millim.). — In Peruvia (ex herb. Del.). — Thallus K ∓ flavescens, CaCl =.[1]) Spermatia subbifusiformia, longit. circiter 0,006 millim., crassit. 0,0005 millim.

---

[1]) In *P. caperata* Ach. medulla K flavescens, K (CaCl) nonnihil aurantiaco-erythrinose tincta.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0607-6

4. P. subcaperatula Nyl. Est quasi *P. caperata* minor, thallo deminuto adnato, lobis crenato-incisis (etiam summo margine infra nigris); apotheciis pallido-testaceis aut testaceorufis (latit. 1—3 millim.), concavis, margine receptaculari tenui subintegro vel obsolete crenulato; sporis ellipsoideis vel oblongo-ellipsoideis, longit. 0,014—17 millim., crassit. 0,007—8 millim. Iodo vix nisi thecae coerulescentes. — Corticola in Tasmania ad Derwent River (R. Brown). — Forsan species distincta a *P. caperata* vicina et *caperatula* jam sporis nonnihil minoribus. Thallus nec K, nec CaCl reagens. Spermatia subbifusiformia, longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,0005 millim.

II. Stirps *Parmeliae sulphuratae.*

5. P. leucochlora Tuck. (Nyl. Syn. p. 392). Est quasi *P. caperata* minor, sed thallo intus subflavescente, K ∓ medulla tum aurantiaca et K (CaCl) eadem reactione, et sporis multo minoribus (longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,006—7 millim. spermatiis acicularibus vel interdum subbifusiformibus (longit. 0,007—0,010 millim., crassit. 0,0005—6 millim.). — In Arkansas (Fr. Leibold) corticola vel lignicola. — Species affinis *P. sulphuratae*, sed thallo minore firmiore, adnato, glabro, subtus pallido, apotheciis receptaculo firmo, sporis minoribus.

6. P. immiscens Nyl. Subsimilis *P. sulphuratae* (thallo intus flavescente aut alibi albo et reactione hydrate kalico conveniente), sed sporis parvis longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,004—5 millim. — In monte Mexicano Orizaba (Galeotti n. 6897). — Thallus sat adpressus, saepius rugulosus ut etiam receptacula. Apothecia badio-rufescentia conferta (latit. 5—7 millim.). Spermatia longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0006 millim.

7. P. persulphurata Nyl. Subsimilis *P. sulphuratae*, sed nonnihil minor, thallo vix isidiosulo, intus sulphureo-aureo subsoredioso, marginibus loborum passim crenatulo-incisis. Apothecia ignota. — In Cuba (Ramon de la Paz). In Louisiana (Tuck., qui jungit cum *P. sulphurata*). — Species sine dubio propria, insignis. Thallus K ± (quae nota differens accedit ad alias determinantes supra allatas) et supra frequenter rimulosus. Etiam spermogonia ignota.

8. P. subaurulenta Nyl. Subsimilis *P. subaurulentae* Tuck., Nyl. Syn. p. 382, sed thallo non sorediifero et laeviore, sporis brevioribus turgidioribusque, ellipsoideis vel subglobosis, longit.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0608-2

0,008—11 millim., crassit. 0,006—8 millim. — Corticola. In India orientali, Himalaya (coll. Hook. et Thoms. n. 2003; Dr. Skoliczka), in montibus Nilgherrensibus et in Chusan et Japonia. — Thallus K ∓. Apothecia latit. 2—6 millim. Spermatia subfusiformi-acicularia, longit. 0,006—7 millim., crassit. fere 0,001 millim.

9. P. homogenes Nyl. Similis fere *P. subaurulentae*, sed differens praecipue sporis majoribus (longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,008—0,010 millim.). — Corticola. In India orientali (coll. Hook. et Thoms. no. 1942). — Facie *P. laevigatae* vel *tiliaceae*, thallo intus obsolete flavente, reactione K ∓, CaCl =. Spermatia non vidi.

III. Stirps *Parmeliae perlatae.*

10. P. submarginalis Mich. Amer. bor. p. 325 (*P. macrocarpa* Pers. in Gaud. Uran. p. 197). Subsimilis *P. perlatae*, sed thallo margine (passim ciliato) pro parte saepe in laciniolis (*P. sinuosam* minorem simulantibus) diviso vel laciniolose fimbriato. Apothecia saepe magna (latit. 12—22 millim.), sporis longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,008—0,012 millim. — In Brasilia et in Carolina. Verisimiliter corticola. — Reactio thalli K ±, CaCl =, etiam K (CaCl) =. Apothecia saepe perforata. Spermatia acicularia, longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,0005 millim.

11. P. corniculans Nyl. Facie *P. ciliatae* DC. glabrae, thallo glaucescenti-pallido, subtus nigricante nudo, margine summo ciliis nigris non confertis munito; apotheciis rufescentibus (vulgo latit. 3—5 millim.), medio pertusis, receptaculo margine corniculato-dentato, dentibus singulis cilium nigrum saepe emittentibus; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,027—31 millim., crassit. 0,016—18 millim. Iodo gelatina hymenialis non tincta, sed thecae intensive coerulescentes. — Corticola in Java (Horsfield). — Species insignis notis datis facile dignota. Thallus K ±, et K (CaCl) ∓ (scilicet medulla tum bene erythrinose reagens). Spermatia subbifusiformia vel sublageniformia (utroque apice acutiusculo), longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0006 millim.

12. P. flavescens (Kphb., *P. glaberrima* var. *flavescens* Kphb. in Flora 1869, p. 223). Est quasi *P. perforata* thallo albo-flavescente laevi, marginibus isidiosis, isidio subdendroideo-corallino. Apothecia non visa. — Ad Rio de Janeiro (Glaziou no. 1833). — Affinis sit *P. perforatae*, cujus habet reactionem medullarem

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0609-0

K e flavo ferrugineo-sanguineam. Spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0006—7 millim.

Observ. *P. glaberrima* Kplhb. in Flora 1869 p. 223 est *P. latissima* Fée et Del. obvia in America meridionali calida, Antillis, insul. Sandwich, Marquises, Seychelles, Maurit. (*P. cristifera* Tayl.) etc. Sporae longit 0,026—32 millim., crassit. 0,014—18 millim. Spermatia sublageniformia vel subbifusiformia, longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,0007 millim.

13. P. abyssinica Nyl. Quasi *P. perlata* quaedam thallo subtus concolore albido, apotheciis perforatis. Sporae longit. 0,012—17 millim., csassit. 0,007—9 millim. Spermatia bifusiformia, longit. 0,006 millim., crassit. 0,0005 millim. — Corticola in Abyssinia (Hildebrand). — Thallus K ±.

14. P. subrugata Nyl. in Kplh. L. exot. p. 18. Thallus passim margine fimbriato-dissecto (et subtus fimbriis albidis divisis ciliis quibusdam nigris munitis); apothecia receptaculo sublaevi aut rugoso; sporae longit. 0,030—0,040 millim., crassit. 0,012—24 millim. Spermatia cylindrica recta, longit. 0,004—5 millim., crassit. vix 0,001 millim. — Corticola in Brasilia. — Thallus K ±, K (CaCl) ∓ medulla erythrinose reagente.

15. P. Nilgherrensis Nyl. in Flora 1869, p. 291. Subsimilis *P. perlatae* vel *ciliatae* DC. vel *crinitae* Ach. Sporae longit. 0,021—28 millim., crassit. 0,012—16 millim. Spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,0005—7 millim. — Corticola in India orientali, Cap. B. Spei, Bolivia, Australia Etiam in Bavaria (Arn. L. no. 136b). — Thallus medulla K (CaCl) erythrinice reagens.

Observ. In *P. perlata (sorediata)* spermatia sunt aciculata vel aciculari-fusiformia (vix vel obsolete interdum subbifusiformia), longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,0005—7 millim. In *P. crinita* Ach. ea sunt aciculari-cylindrica, longit. 0,006—9 millim., crassit. 0,0006—8 millim., et ab hac aegre differt *P. ciliata* DC.

16. P. saccatiloba Tayl. in Hook. Journ. Bot. 1847, p. 174 (*P. Zollingeri* Hepp. Pl. Jungh. p. 442, coll. Zoll. no. 1241; *P. perlata* Mnt. et v. d. Bosch. Jav. p. 16). Similis *P. perlatae*, esorediosa et eciliata, thallo glabro, spermatiis sublageniformibus (utroque apice subfusiformia, altero, supero minore). Sporae longit. 0,022—28 millim., crassit. 0,009—0,016 millim. — Corticola late distributa in Brasilia, Mexico, Java etc. — Thallus medulla K flavente, K (CaCl) dilute vel obsolete erythrinose

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0610-1

reagente. Spermatia longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0005 millim.

17. P. Martinicana Nyl. Similis fere *P. perlatae* minori, sed thallo albo vel calcareo-albido, adnato, isidiose exasperato; apothecia badio-fusca mediocria, receptaculo thallino etiam isidiophoro; sporae longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,006—8 millim. — In Martinica insula (Jardin). — Thallus CaCl ± erythrinice reagens, K ∓ ut in *P. perlata*, infra parum rhizinosus. Apothecia visa latit. 2—5 millim. Spermatia sublageniformia (longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,001 millim.) h. e. utroque apice subfusiformi-clavata, altero apice vel clava infera longiore.

18. P. neo-caledonica Nyl. (*P. latissima* Nyl. N. Caled. p. 18). Affinis et subsimilis *P. saccatilobae*, sed adnata, spermatia subaequaliter aciculari-cylindrica, tamen obsolete sublageniformia, parte infera subfusiformi. Medulla K non reagens vel obsolete flavescens. — Corticola in Nova Caledonia. — Forsan subspecies *P. saccatilobae*. Sporae longit. 0,016—26 millim., crassit. 0,009—14 millim. Spermatia longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,0007 millim.

19. P. mesogenes Nyl. Subsimilis *P. perlatae*, sed K ± et sporis majoribus (longit. 0,020—25 millim., crassit. 0,011—15 millim.). — In republica Mexicana, Pic Orizaba (coll. Galeotti no. 6958). — Thallus K marginibus integris, subtus niger glaber ambitu summo spadiceo; CaCl =. Apothecia mediocria. Ob spermogonia non visa incertae sedis in stirpe *P. perlatae*.

20. P. recipienda Nyl. Subsimilis *P. perforatae*, sed thallus K ± et K (CaCl) ∓ (scilicet medulla tum erythrinice tincta). Apothecia fusca (latit. 6 millim. vel minora), receptaculo rugoso basi angustato subpedicellato. Sporae longit. 0,012—15 millim., crassit. 0,006—9 millim. Spermatia acicularia, longit. 0,008—11 millim., crassit. 0,0005—6 millim. — Corticola in Brasilia. — Thallus subtus pallescens rhizinis nigris plus minusve hirtus, supra passim inaequalis vel obsolete scrobiculoso-inaequalis. Receptaculum margine laeve.

21. P. internexa Nyl. Est quasi *P. perlata* minor et isidiophora (etiam receptaculis isidio-furfuraceis), sporis majoribus (longit. 0,024—34 millim., crassit. 0,014—20 millim.). Apothecia latit. circiter 4 millim. vel minora. — In Brasiliae montibus Oryuez (Weddell), verisimiliter corticola. — Thallus K ∓ flavens. Spermatia non visa. Prope *P. eciliatam* forsan locum habens in hoc genere.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0611-7

22. *P. eciliata* Nyl. in Flora 1869, p. 291 (ut var. sub *P. crinita*). Facie *P. crinitae*, medulla K flavente, margine receptaculorum integro, sporis longit. 0,024—30 millim., crassit. 0,012—18 millim. Spermatia cylindrica, longit. 0,004—5 millim., crassit. 0,0005 millim. — Ramulicola in Mexico, Orizaba (Bourgeau).

23. *P. cristata* Nyl. l. c. Subsimilis priori, sed thallus subeciliatus, subtus rugosus et subnudus, medulla flavescente (K lutescente), receptaculo rugato-inaequali margine longiuscule dentato-cristato, sporis longit. 0,025—30 millim., crassit. 0,016—20 millim. Spermatia bifusiformia, longit. 0,005 millim., crassit. 0,0005 millim. — Ramulicola. E Caripe ex hb. Berol. — Ob thallum intus flaventem forsan referenda ad stirpem *P. sulphuratae*. In comparanda *P. appendiculata* Fée medulla K flavescens, sed spermatia incognita.

24. *P. abnuens* Nyl. Similis *P. urceolatae*, at distinguitur medulla CaCl erythrinose (saltem dilutiuscule) tincta et magis intensive K (CaCl) ∓. Sporae longit. 0,020—23 millim., crassit. 0,010—11 millim. Spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,0005—6 millim. — Ramulicola in Brasilia (Glaziou), socia *P. urceolatae*. In Uruguay (Lorentz).

25. *P. tenuirimis* Tayl. in Hook. Journ. Bot. 1844, p. 645, Nyl. in Flora 1869, p. 290. Sat similis *P. perlatae*, medulla autem mox K miniato-rubens. Sporae longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,008—11 millim. Spermatia bifusiformia, longit. circiter 0,006 millim., crassit. 0,0005 millim. — Corticola frequens in Nova Zelandia et Tasmania. — Etiam var. *erimis* occurrit in N. Zelandia (Knight), thallo punctis vel rimulis albis nullis.

26. *P. praesignis* Nyl. Obs. Pyr. or. p. 17. Accedens facie ad *P. tenuirimem* Tayl., a qua differt thallo flavido vel glauco-flavido et medulla CaCl bene erythrinice reagente; sporae longit 0,014—16 millim., crassit. 0,007—9 millim.; spermatia bifusiformia, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0005—6 millim. — Corticola in republica mexicana (Bourgeau, no. 1361). — Videantur simul l. c. p. 16, 17, *P. tinctorum* Despr., *P. rudecta* Ach. et *P. negata* Nyl.

IV. Stirps *P. tiliaceae.*

27. *P. adducta* Nyl. Thallus albidus adnatus sinuoso-lobatus mediocris; apothecia fusco-nigricantia adnata (sat conferta), margine thallino laevi recepta (latit. fere 2 millim., sed saepius

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0612-3

minora), sporae longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,011—13 millim. — Corticola in India orientali, Assam (Masters). — Comparari possit cum *P. tiliacea*, sed distat medulla nec K nec CaCl tincta. Facie satius convenit cum *P. aptata* Kphb., Nyl. in Flora 1869, p. 291. Spermatia non visa.

28. P. sublaevigata Nyl. (in Syn. p. 383, ut var. minor *P. tiliaceae*), thallo adpresso, medulla K e flavo rubente; sporae longit. 0,008—11 millim., crassit. 0,005—6 millim.; spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0005 millim. — Corticola in America utraque, in Africa tropica (in Angola et in Madagascar), in ins. Seychelles, in India orientali. — *P. livida* Tayl., Nyl. l. c., vix est nisi ejusdem varitas. *P. tiliacea* Tuck. Exs. 70 est *P. sublaevigata.*

29. P. Cubensis Nyl. Thallus glaucescenti-albidus adpressus, laciniis crenato-incisis vel sinuato-crenatis, subimbricato-approximatis, fere mediocris, subtus olivaceo-fuscescens rhizinis pallescentibus; apothecia badio-rufescentia (latit. 1—2 millim.), margine receptaculari integro innata; sporae longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,007—8 millim.; spermatia bifusiformia, longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,0007 millim. — Corticola in Cuba (coll. Wright. no. 76). — Accedit ad *P. Texanam* Tuck., sed thallus esorediosus; propior vero est *P. sublaevigatae.* Ab ambabus autem differt reactionibus thalli aliis. Thallus K ∓ dilute flavescens, medulla receptaculi crocee tincta; medulla K (CaCl) aurantiaco-tincta.

30. P. meizospora Nyl. l. c. ut var. *P. tiliaceae*, sporis majoribus (longit. 0,014—21 millim., crassit. 0,007—11 millim.) et medulla K e flavo rubricans. Spermatia bifusiformia, longit. 0,005 millim., crassit. 0,0005—7 millim. — Corticola in India orientali.

31. P. Amazonica Nyl. Subsimilis *P. meizosporae*, sed thallo pro magna parte isidiosulo, etiam receptaculis isidiosulis. Apothecia badia vel badio-rufescentia, latit. circiter 6 millim.; sporae longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,009—0,012 millim. — Corticola prope Santarem ad flumen Amazonum (Spruce coll. no. 111). — Thallus albidus, medulla K flavens; subtus niger rhizinis brevibus parcis, ambitu ibi spadiceus. Spermatia non visa.

32. P. Brasiliana Nyl. Subsimilis *P. laevigatae*, sed thalli reactionibus (K et CaCl) nullis, laciniis (osteoleucis vel passim subfumosis) latit. 1—2 millim; apothecia (latit. 2—3 millim.),

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0613-9

receptaculo margine crenato demumque sublobato complicato-crispo; sporae longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,005—7 millim. — Brasilia, in montibus Oryues (Weddell). — Medulla K vix mox tingitur, sed deinde sensim nonnihil lurido-ferruginee maculatur. Thallus subtus niger et nigro-rhizinosus. Spermatia non visa. Accedere videtur versus *P. conspersam.*

33. P. isidiza Nyl. Thallus glaucescenti-albidus, facie fere sicut in *P. tiliacea*, sed thallus leviter scabrosellus, K ‡ (medulla a flavo sensim ferruginascente); apothecia fusco-rufescentia (latit. 2—4 millim.), receptaculo margine subcrenato; sporae longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,006—8 millim. — Corticola in Angola, Serra Chella (F. Newton). — Prope *P. sinuosam* disponenda, notam peculiarem habens thallum ex isidio tenello superficie subpulverulentum.

34. P. insinuans Nyl. Thallus albidus subopacus rugulosus adnatus, laciniis sinuoso-crenatis subimbricatis, subtus niger nigro-rhizinosus; apothecia spadiceo-fusca (latit. 1—3 millim.); sporae longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,0045—55 millim. — Corticola in America aequinoctiali (Bonpland). — Affinis *P. sublaevigatae* et accedentibus, differt autem mox K ±, CaCl =. Paraphyses magis discretae quam vulgo in Parmeliis. Spermatia subfusiformi-acicularia, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0005—6 millim.

35. P. Boliviana Nyl. Similis *P. laevigatae*, sed reactione thallina alia et receptaculo margine crenato vel subcrenato-inciso. Sporae longit. 0,013—18 millim., crassit. 0,007—9 millim. — In Bolivia (Weddell). — Laciniae thalli sinuoso-incisae (latit. 2—6 millim.), passim isidiosulae; K ±, CaCl =. Apothecia spadicea latit. 3—5 millim. Spermatia bifusiformia, longit. 0,006 millim., crassit. 0,0006—7 millim. Thallus subtus nigro-rhizinosus, rhizinis furcato-ramosis vel dendroideo-ramosis, mediocris.

36. P. Bahiana Nyl. Subsimilis priori, sed minor (laciniae thallinae latit. circiter 1—2 millim.) et sporae minores (longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,006—8 millim.). — Corticola in Brasilia, Bahia (Blanchet); ad Rio de Janeiro (Glaziou). — Thallus CaCl =, K ±, K (CaCl) leviter erythrinose reagens. Spermatia bifusiformia, longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0005—7 millim. Accedit ad *P. Texanam* Tuck., cui thallus tenuior sorediifer rimosus, subtus vix rhizinosus et ambitu badius, apothecia minus firme marginata. — *P. chilena* Nyl. subsimilis *P.*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0614-4

Bahianae, sed minor, sporis minoribus (longit. 0,008—10 millim., crassit. 0,005—7 millim.). — Apothecia latit. 1—2 millim. Laciniae thalli latit. 1—2 millim., subtus nigrae et nigro-rhizinosae. Spermatia non visa. Forsan subspecies.

37. P. Capensis Nyl. Subsimilis *P. Bahianae* (etiam reactionibus conveniens), at thallus fere totus isidio tenui obductus, quoque sic receptaculum. Sporae longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—7 millim. — In Prom. B. Spei (Drège). — Thallus K ±, CaCl =, K (CaCl) ∓. Spermatia non visa.

38. P. subfuscescens Nyl. Facie *P. sublaevigatae* minoris thallo pallide albido, passim fuscescente, laciniis imbricato-congestis; apothecia margine thallino tenui non prominulo tenuiter subcrenulato (latit. 1—3 millim.); sporae longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,0045—55 millim. Spermatia obsolete bifusiformia, longit. 0,006 millim., crassit. 0,0005—6 millim. — Saxicola et corticola in insula Mauritii. — Thallus K non reagens.

39. P. Peruviana Nyl. Similis *P. Bolivianae* et forsan ejus varietas, differens praecipue receptaculis magis exsertis (basi vulgo longius angustata) rugosis opacis. Sporae longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,008—0,013 millim. — In Peruvia, Tatanara (Lechl. Pl. Peruv. no. 2727). — Spermatia sicut in *P. Boliviana*.

40. P. consors Nyl. Subsimilis *P. laevigatae*, thallo albido-pallescente vel glaucescente) laciniis magis crenato-incisis, rhizinis subsimplicibus; apotheciis badio-testaceis majusculis vel magnis (latit. 5—20 millim.) demumque pertusis. Sporae longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,009—0,012 millim. — Corticola in Brasilia, Minas Geraes et alibi. — Thallus K ±, CaCl =, laevis, receptaculis sublaevibus. Spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,0005 millim. Sit *P. macrocarpa* Pers.

41. P. homotoma Nyl. Sat similis *P. cetratae*, sed reactionibus sicut in priore. — Corticola in Brasilia. — Thallus albido-glaucescens vel pallescens, laciniis varia sinuatim et crenatim incisis, subtus ater breviter intricato-rhizinosus. Apothecia badio-fuscescentia (latit. 3—12 millim.), perforata. Spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,007—0,010 millim., crassit. 0,0005 millim. Variat thallus corrugatus.

42. P. subsinuosa Nyl. Subsimilis *P. sublaevigatae*, sed thallus K ±, CaCl =, K (CaCl) ∓ (medulla erythrinice tincta). Sporae longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,005—6 millim. — Corticola in America aequinoctiali (Bonpland). — *P. Granatensis*

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0615-0

Nyl. vix est nisi subspecies ejusdem, thallo pro parte minute isidiophoro, apotheciis pallescentibus (sat pallide badio-testaceis, latit. 1—2 millim.). — Corticola in Nova Granata, Socorro, altit. 1200 metr. (Lindig).

43. P. Costaricensis Nyl. Facie *P. laevigatae*, at thallo passim minute isidiello et apotheciis pallidis receptaculo inaequali sporisque parvulis (longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,004—5 millim.). Spermogonia non visa. — Super saxa prope Angosturam in Costarica (Polakowsky). — Thallus K ± et K (CaCl) —, quo respectu etiam omnino differt a *P. laevigata*.

44. P. Caroliniana Nyl. Thallus albidus vel glaucescenti-albidus, superficie subrugulosus vel subreticulatim rimulosus, passim tenuiter fibrilloso-isidiosus, lobato-laciniatus, laciniis sinuato-incisis, subtus fusco-nigricans rugulosus parumque rhizinosus; apothecia badio-testacea vel badio-rufescentia (latit. 2—3 millim.), margine receptaculari isidiello; sporae longit. 0,012—14 millim., crassit. 0,006—7 millim. — Supra corticem Nyssae in S. Carolina (Ravenel). — Est species bene distincta forsan *P. Texanae* proxima et jam thallo hinc inde isidiello differens. Spermatia lageniformia (ut in *P. Martinicana* et *P. Borreri*) longit. 0,0045 millim., crassit. 0,0007 millim. Thallus K ±, CaCl =.

45. P. subtiliacea Nyl. Thallus albidus subopacus rugulosus subimbricato-laciniosus, laciniis sinuato-incisis, adnatus, subtus niger vel nigricans et vix rhizinosus; apothecia badio-rufescentia (latit. 2—5 millim.), receptaculo extus ruguloso, margine tenui ejus recepta; sporae longit. 0,014—17 millim., crassit. 0,007—8 millim. — Corticola in Nova Zelandia (Knight). — Differt a *P. tiliacea* thallo K ±, CaCl =, sporis majoribus etc.

46. P. laevigatula Nyl. Est quasi *P. revoluta* minor, thallo albido sat adpresso, passim minute isidiophoro, laciniis latit. circiter 1 millim.; apothecia badio-rufescentia vel fuscescentia (latit. circiter 1 millim.); sporae longit. 0,007—8 millim., crassit. 0,004—5 millim. — Corticola in Brasilia et Guyana. — Thallus K ± et CaCl ∓ sicut in *P. revoluta*. Spermatia acicularia, utroque apice acuminatula, longit. 0,006—7 millim., latit. 0,0005—6 millim.

47. P. atrichella Nyl. in coll. Lindig. no. 110. Est quasi *P. sublaevigata*, sed reactione medullae ut in *P. carporhizante*. — In Nova Granata. — Spermatia subbifusiformia, longit. 0,006 millim., crassit. 0,0006 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0616-6

48. *P. scortella* Nyl. Est quasi *P. atrichella* minor, thallo tenuiter isidiophoro (isidio tenui fibrilloso insperso) et sporis longit. 0,008—0,010 millim., crassit. 0,004—5 millim. — Corticola in Texas (ex hb. Tuck.). — Reactio medullae (ut in priore) erythrinica. Spermatia non visa.

V. Stirps *P. relicinae.*

49. *P. sublimbata* Nyl. Subsimilis *P. limbatae*, sed thallo albido, laciniis magis discretis adpressis sinuato-multifidis, sporis minoribus (breviter ellipsoideis vel subglobosis, longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,0045 millim.). — In India ulteriore, Birma (Brandis), corticola. — Species bona videtur, apotheciis (latit. circiter 1 millim.) fuscis, margine thallino crenato-coronatis accedens ad *P. limbatam*, medulla K flavo-tincta, qua nota jam dignoscitur inter congeneres. Receptaculum basi nigricans. Laciniae thallinae sinuosae et sinuoso-divisae (latit. circiter 1—2 millim.), subtus nigricantes, ciliis marginalibus saepe basi turgidulis. Spermatia obsolete vel vix subbifusiformia, longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,0005 millim.

50. *P. relicinella* Nyl. Similis fere *P. relicinae*, sed minor et apothecia habens thecis polysporis. Sporae 24—32nae ellipsoideo-globulares, longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,004 millim. — In Brasilia prope Santarem, corticola (coll. Spruce no. 136). — Species bene distincta. Thallus stramineus, K nec extus nec intus reagens, nisi medulla supra nonnihil aurantiaco-tincta, laciniae latit. 1 millim. vel magis attenuatae, adnatae. Apothecia lecanorina (latit. 1 millim. vel minora), parce granulato-coronata, receptaculum subtus nigrum. Spermatia aciculari-cylindrica, longit. 0,007 millim., crassit. 0,0005 millim.

Parisiis, die 15 Octobris, 1885.

Litteratur.

Kryptogamen-Flora von Schlesien. Dritter Band. Pilze, bearbeitet von Dr. J. Schroeter. Breslau 1885.

Von dem im Jahre 1877 begonnenen und im Namen der Schlesischen Gesellschaft für vaterländische Cultur von Dr. Cohn

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03548-0617-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1885

Band/Volume: 68

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes novi e Freto Behringii 601-615